BIHS
910490
Mag. St. Dr. I
BIBLIOTHECA UNIV. JAGELL. CRACOVIENSIS



. 910490 I
Mag. St. Dr.

11170

LIST

STANISŁAWA OKSZYCA

ORZECHOWSKIEGO.

Biblioteka 58.

SUPPLICATIO

STANISLAI OKSZYC

ORICHOVII.

LIST

STANISŁAWA OKSZYCA

ORZECHOWSKIEGO

DO JULIUSZA III. PAPIEZA

Z PROZBĄ

O UCHWALENIE MAŁZENSTWA

SWEGO.

GABINET ARCHEOL. UNIW. JAGIELL.
KOLLEKCYA
PRZEZDZIECKICH
(Ze zbiorów Prof. Józefa Łepkowskiego)

Łepkowski

W LIPSKU R. 1782.

SUPPLICATIO
STANISLAI OKSZYC ORICHOVII.
AD JULIUM III. PONTIFICEM MAXIMUM, DE APPROBANDO MATRIMONIO A SE INITO.

BIBLIOTHECA VNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS
910.4.90
I

LIPSIÆ 1781.

Bibl. Jag.
St.Dr. 2017.D. 9/1(9)

Editor do Czytelnika.

Dzieło tak w ſobie ſzczupłe, lecz oraz dla ważności rzeczy tak wielkie, ktore ſię dotąd ukrywało, na publiczny wychodzi widok.

Każdemu świadomemu cokolwiek Polſkiey Hiſtoryi tayno nie ieſt, że Orzechowſki, co Xiędzem zoſtawſzy, uſługę ołtarzom ſwiętym na zawſze poślubił, przeciwko Kościoła Rzymſkiego uſtawom żonę poiął; ale iakiemi dowodami u Juliuſza III. Papieża robił, i dokazał, żeby z nią mieſzkał beſpiecznie, i od Pralatow, a oſobliwie od Dziaduſkiego Biſkupa Przemyſkiego napaści wolne prowadził życie, niewiem, czyli wielom zdarzyło ſię czytać.

Editor Lectori.

Quod hodiedum ſua mole tam exiguum, ſed rerum pondere magnum Stanislai Orichovii opus latuerat, in publicam prodit lucem.

Nemini rerum Polonarum vel mediocriter gnaro ignotum eſt, Orichovium, qui ſacerdas factus ſacris ſe altaribus perpetuum addixerat, uxorem contra Romanæ Eccleſiæ inſtituta duxiſſe, ac quibus rationibus, apud Julium III. Pontificem maximum, eam ut tuto retineret; nec. Præſulum, ac præſertim Dziaduscii Episcopi Præmislienſis impetitionibus obnoxiam duceret vitam, egerit, atque effecerit, nescio, utrum multis legiſſe contigit.

Con-

Taił się iego ten liſt pokorny w prywatnych Szlachty niektorych w Polſzcze domach, ani go nikt z nich dać do druku nie myſlał. Wzdrygali ſię podobno mniey ſłuſzną zdięci boiaźnią, żeby wydawſzy go albo ſkromnych Xięży uſzu nie obrazili, albo wolnieyſzym nieco do wznieceniа rozruchu iakiego przyczyny nie dali.

Lecz ieżeli czego z tego dwoyga lękać ſię dawniey było potrzeba, teraz zapewne niczego. Oſtygło iuż owe zaciekanie ſię publicznych ſporow, kiedy iakakolwiek rzecz wolnie powiedziana, lub napiſana dwie natychmiaſt wadzących ſię tworzyła ſtrony, z ktorych iedna na drugiey wzaiem godziły zgubę, i gdy obiedwie zarazę od innych oddalić uſiłowały, większą ich część poſpolicie truły.

Nie zbywa w prawdzie i temi czaſy na Kczney gramadzie ludzi bezczynnych, ktorzy na ſcholaſtyczne ſubtelności i wykręty całe oddawſzy życie, chrapliwym niekiedy ozywaią ſię głoſem, i pełne ſwaru wſzczynaią roſprawy, te iednak, że w domowych tylko odbywać ſię zwykły zakątach, nikogu obchodzić nie mogą.

Continebatur hæc illius ſupplicatio privatis quorundam Equitum Polonorum parietibus, nec eam publici juris facere, cuiquam animus erat. Verebantur fortaſſe plus juſto timidine ſi eam evulgaverint, aut bene moratorum ſacerdotum aures oſtenderent, aut nonnihil diſſolutis excitandi cujuspiam motus cauſam præberent.

Enimvero ſi quid horum olim erat timendum, hodie certe nihil. Elanguit jam ardor ille Diſputationum, ubi quotlibet libere dictum aut ſcriptum duas confeſtim altercantium partes exciverat; quarum altera in alterius mutuam ferebantur perniciem, & dum ambæ peſtem ab aliis avertere niterentur, longe plures infecerant.

Haud quidem deſunt & his temporibus permulti otioſi homines, qui totì ſcholaſticis addicti argutiis, ac ſophismatibus, raucum guttur interdum aperiant, & rixarum pleniſſimas excitent controverſias, hæ tamen cum intra eorum tantum domeſticos peragi ſoleant angulos, neminem movere poſſunt.

Cæterum quibus melior menti ſententia, quorumve hac ætate noſtra in omni ſtatu atque conditio-

Ale ktorzy zdrowsze maią o rzeczach zdanie, i ktorych tego naszego wieku w każdym stanie i sposobie życia naywiększa iest liczba, chęć naszę przysłużeniasię naukom na dobre wezmą, List Orzechowskiego od tylu lat ukrywaiący się, teraz szczęśliwie na iasń wydobyty, i z niepamięci wyrwany, skwapliwie, i obiema, iak mowią rękami, przyiąć raczą: Nayniesprawiedliwsza albowiem rzecz iest, zostawiać to w ciemnościach, co aby na pierwszym było swietle, iest naygodnieysze.

Rzecz nowa, od nikogo innego nie tknięta, niezliczonemi, a gruntownemi i niezwyciężonemi iuż z Pisma S. iuż z Prawa przyrodzonego wyiętemi stwierdzona dowodami nayprzyiemnieyszym czytaiącego napełni ukontentowaniami; Autora zaś swego nieśmiertelną chwałą, ktorą sobie tylą poważnemi napisanemi ziednał dziełami, powiększy, czyli, że prawdziwiey powiem, nowey doda. Tak się albowiem ludzkim obyczaiem dzieie, że co od dawna w ręku piastuiemy, nieiako pospolicieie, i nieco z swego zdaieśię tracić szacunku, co zaś swiezo da się

ditione Vitæ multo maximus est numerus, studium isthoc nostrum bene merendi de Literis æqui consulent, Orichovii Supplicationem a tot annis delitescentem nunc in lucem extractam, & ab oblivione vindicatam, ultro ac ambabus, quod ajunt, ulnis excipient. Iniquissimum namque est, id in tenebris relinquere, quod ut in luce, summa versetur, est dignissimum.

Res singularis, a nemine unquam suscepta, innumeris iisque solidissimis tum ex Divinis scripturis tum ex ipsa lege Naturæ depromptis argumentis firmata, jucundissima legentem perfundet voluptate, Authoris vero sui immortalem gloriam quam tot tamque excellentibus conscriptis sibi peperit operibus, augebit, aut verius dixero, novam adstruet. Sic enim in rebus humanis est, ut quæ dudum teruntur manibus, sensim quodammodo vulgaria fiant, deque suo pretio amittere quidpiam videantur; quod recens comparuerit, oculos omnium animosque capit, & sine satietate placet.

widzieć, to oczy i umyſł chwyta, i bez naſycenia podobaśię.

Że zaś nie tylko mową łacinſką, ktorą od Autora ieſt piſany, ale i Polſką ten Liſt wychodzi, mniemam, iż większzey ludzi liczbie czyni śię przyſługą, gdy niektorzy ſam autentyk dla wyborney łaciny inni tłumaczenie, mniey onego biegli ięzyka, czytać zechcą.

Liſt

Porro quod non modo sermone latino quo erat scripta, sed Polono etiam ista edatur supplicatio, plurium voluntati morem gestum putaverim, cum alii eam ut est ab Authore relicta propter latinæ Orationis elegantiam, alii linguæ hujus minus periti, traductam legere volent.

LIST.

Gdyby mi Waſza władza Juliuſzu, życie uczciwe przy beſpieczeńſtwie prowadzić nie przeſzkadzała, o żonę teraz rzecz u Ciebie maiąc niebym przeciwko niey niepoſtąpił. Ale że ta Waſza władza Papieſka kładzie mi tamę, zaniołęć prożbę, nie żeby mnie iaka do tego nagliła wina albo żebym ſądził, iż przez poięcie żony, zbrodnię iaką popełniłem, lecz że obawiam ſię onych (ieſli mego z nią mieſzkania nie potwierdziſz) na Ruſi Biſkupow co ſwięte małżeńſtwa rozſtrzygaią, śmiercią, wygnaniem, więzieniem, i dobr wſzyſtkich zabieraniem. Tego więc ia lękaiąc ſię, do Ciebie ſię udaię, Ciebie proſzę, abyś mi tey żony pozwolił, ktorą prawem przyrodzenia wziąłem, ktorego przepiſem tak ſię godzi żenić, iako rodzić ſię, iako żyć.

Co

Supplicatio.

Si per tuam poteſtatem Juli Pater vitam honeſtam tueri mihi licitum fuiſſet, in uxore a te petenda, illa nunc non abuterer! ſed quia tua Pontificia poteſtas obſtat nobis ſupplicabo tibi, non quod me ad id ulla cogat culpa, aut quod credam uxore ducta ſcelere me obligari ullo ſed quod metuam eos (niſi tu retinendæ ejus author fueris) qui in Ruſſia Pontifices ſanctas dirimunt nuptias, morte, exilio, vinculis, atque damno. Ideo horum metu impullus ad te venio, abs te peto ut mihi eam uxorem permittas, quam ego lege naturæ duxi

eu-

Co tu ia powiem o Juliuſzu II. ktory gdy w czas pokoiu niepoczciwie, w czas woyny okrutnie poſtępował, kościoł domowemi rozterkami napełnił. Co o Leonie VIII. o ktorym to głośno ieſt i u was w Rzymie: *Żył iako Lew, umarł iak bydle?* Tak bowiem on ku nauce Epikureyczykow był wylany, iż przykładem ich przyſzłe ludzi znioſł zmartwychwſtanie! Co o Klemenſie VII. ktory gdy Rzym na zdobycz i łupiectwo wydał, Francuza z Ceſarzem ſkłocił, nakoniec własną Oyczyznę Florencyą ſrogo uciſnął. Paweł zaś III. po ktorym naſtąpiłeś, acz był poniekąd mąż dobry i roſtropny, tak atoli ciche było iego Papieſtwo, iż gdyby nam oney korzyści zboru (a) niebył chełpliwie obiecywał, że był kiedy Papieżem byłoby nam niewiadomo. Tak zycie ich częścią bezczynne na urzędzie Papieſkim, częścią też powſzechney ſpokoynosci nieprzyiazne, w wielką nienawiść ſtolicę waſzę przyprowadziło, ktorą iuż nie ſiedliſkiem Religii, ale nierządności bydź mienią Narody od was ſię odſzczepiaiąc, i gdybyście ich ieſzcze onemi waſzemi przenoſinami, łaſkami, pozwoleniami, podarkami Rzymſkiemi niewſtrzymowali, iuż dawno żadnychbyście niemieli. A chcecież doſwiadczyć? Zaprzeſtańcie łaſk wſzelkich dawać, obaczycie natychmiaſt, iako mnoga trzoda poydzie w rozpierzch, uiąwſzy iey tey karmi.

Al-

(a) To ieſt, zboru Trydentſkiego, ktory ſię też za niego zaczął.

cujus, præscripto ita licet ducere uxorem, quam licet nasci, quamque vivere.

Quid de Julio II. dicam, qui dum nequiter domi, crudeliter bello viveret, Ecclesiam civilibus bellis implevit? quid de Leone VIII. de quo illud etiam Romæ apud vos: *vixit ut Leo, mortuus ut bestia?* Tantum enim ille Epicureis deditus esse ferebatur ut ad eorundem modum futuram resurrectionem negavit. Quid Clemens, qui cum urbem Romanam prædæ ac direptioni proponeret, Gallumque cum Cæsare inter se committeret, ad extremum Patriam suam Florentiam oppressit? Paulus III. cui tu successisti, cætera bonus ac prudens Vir cum esset, ita tamen tacitus Pontificatus illius fuit, ut nisi totus spem illam Concilii (a) nobis ostentasset, Pontificem Maximum nesciremus fuisse. Ita istorum vita omnis partim remissa in munere Pontificio, partim etiam inimica tranquillitati communi cum esset, in summam invidiam adduxit sedem vestram, quam domicilium non jam Religioni sed formicationum arbitrantur gentes discedentes a vobis & nisi vestris translationibus, Gratiis, Dispensationibus, muneribus Romanis tenerentur, jam dudum nullas haberetis. Vultis probare? nullas amplius gratias date, & videbitis fætum pecus dilabens hoc glande subtracto.

Nam

(b) Concilii scilicet Tridentini, quod otia illo sedente cœptum est.

Albowiem one waſze ſpowiednie, Odpuſty, Nadopuſty, i Piotrowe progi mało iuż maią mocy do znęcenia ludzi do Rzymu, i onych w wiernosci ku wam utrzymania. Wſzyſtko to wſzędzie iuż powſzednieie, i na pośmiech idzie; a nawet ſami waſi rozumieią to być iakimſiś matactwem ku mamieniu proſtactwa od Dataryuſzow, Piſarzow, i innych urzędnikow Rzymſkich wynalezionym, i zmyſlonym z powodu niegodziwego zyzku. W czym wſzyſtkim nic pewnie innego niema, tylko ono nierządnych niewiaſt: *Day mi, i przynieś mi.*

Zapomnieymy o owych poprzednikach twoich, ſco przez ſwą winę Papieſką ſtracili powagę, o Juliuſzu, Leonie, i Klemenſie, ktorzy gdy wſzyſtko ſwoią korzyscią i pożytkiem mierzyli, żadney na uczciwość niemieli baczności. Godziło ſię bowiem za ich papieſtwa, zapłaciwſzy, ſioſtrę poiąć za zonę z ſtryienką ſię żenić, Xiędzu bezżennemu bawić ſię nierządem.

I toc ia wſpominam, nie iżbym ſię im iuż zmarłym urągał, co nam byli na mieyscu Oycow, ale żebym Ci dał poznać, czego od Ciebie czekamy i iak wielki wziąłeś na ſię ciężar ocalenia tey ſtolicy, ktorą tylu wyſtępkami poprzedzaiących Papieżow być widziſz narufzoną. Mowię to tym końcem abyś mnie także Ruſina iednego, i ieżeli tak Ci ſię zda, proſtaka wiernego iednakże, poki zechceſz, ſyna poſłuchał Oycze.

Nam illa veſtra *Confeſſionalia*, *Indulgentiæ*, *Jubilæi*, atque *Petri limina* parum jam valent ad alliciendos in urbem homines, ac in fide veſtra retinendos, Frigent enim hæc jam ubique; ac omnium irriſione læduntur ut veſtris ipſis videantur eſſe præſtigiæ quædam ad decipiendos homines imperitos *a Datariis*, *Copiſtis*, atque *officialibus* Romæ inventæ, ac excogitatæ turpis lucri gratia. In quibus videtur ineſſe nihil aliud præter illud meretricium: *da mihi, & affer mihi.*

Obliviscamur illorum, qui fuerunt ante te, quorum culpa Authoritas Pontificii amiſſa: Julii, Leonis, Clementis, qui cum omnia metirentur emolumentis & commodis ſuis, ipſius honeſtatis nullam rationem habebant. Licebat enim illis Pontificibus, ære dato ſororem in matrimonio habere, uxorem patrui ducere, Sacerdotem absque uxore fornicari. Atque hæc commemorantur a me non quo vel illis mortuis in ſultem, qui Patrum loco fuerunt, ſed ut intelligas, quantam expectationem ſuſtinens, quantumque onus ſuſceperis ejus ſedis curandæ, quam tantis vitiis Pontificum priorum convulſam videa eſſe. Ut videlicet meam quoque hominis Rutheni, ac ſi ita vis barbari, fidelis tamen quoad voles filii, vocem audias Pater.

Neque enim diutius poſſumus ferre ac pati pati ea vitæ onera, quæ impoſuerunt nobis illi ante nomine Pontifices, re autem acerbiſſimi exactores,

Ani bowiem dłużey znieść i ścierpieć niemożemy tych zycia naszego ciężarow ktore na nas nawalili oni przed Tobą imieniem Papieże, rzeczą zaś nayprzykrzeyśi wycięgacze, co słabość naszę nie wedle powszechnych miarkowali prawideł przyrodzenia, ale do srogich wyrokow swych i nakazow nakręcali, ktorychto gdy słuchamy, wszyscy staliśmy się nakształt Sodomy i Gomorry. Bo też iuż dla ich wyrokow ani za przyrodzeniem nieidziemy, ani się Boga nieboimy, ktoremu widocznie wszelką wiarę odięli oną zwyczayną Rzymską dobitką: *Mimo wszelkie na przeciwną stronę iakieżkolwiek ustawy.* (b)

Ktorą to zaiste dobitką wszystkie obowiązki umiarkowania, skromnosci i wstydliwości ze szczętem znieśli, żeby zaś i sladu ich między nami nie było, zapobieżono pilnie, ieżeli w ktorych Papieskich Ustawach, to naybardziey w Xięgze III. Wyrocznych listow. W niey to Alexander III. pozornym wstydliwości udawaniem, prawdziwą wstydliwość z Lacińskiego wyrzucił Kościoła. Gdy albowiem przeciwko przykazaniu Boskiemu, i przeciwko powszechnego przyrodzenia Końcowi w oney stanowi Xiędze, ażeby Xiądz z swoią zoną nie mieszkał, toć pewnie znać daie, że ieśliby nie mogł się wstrzymać, wolno mu zażywać cudzey.

Jasna rzecz iest, iaką zarazę one wyroczne li-

 sty

(b) Te słowa na końcu każdego wyroku Papieskiego kładą się.

tores, qui imbecillitatem noſtram non ad communis naturæ regulam exigebant a nobis, ſed ad crudelis ſua edicta atque interdicta, quibus dum paremus, omnes quaſi Sodoma & Gomorha facti ſumus. Neque enim jam præ illorum edicti naturam ſequimur, neque Deum reveremur, cui aperte ab eis fides abrogata eſt, illa Urbis clauſula: *non obſtantibus in contrarium quibuscumque Conſtitutionibus.* (*b*)

Qua ſane clauſula omnes partes ipſius moderationis, verecundiæ, atque pudicitiæ ſunt ab illis ſublatæ de medio, quæ ne ullæ inter nos eſſent, proviſum eſt, cum cæteris Pontificum decretis, tum vero *Libro III. Decretalium* diligenter. Quo in libro Alexander III. ſimulatione ipſius pudicitiæ, veram pudicitiam ex *Latina Eccleſia* ejecit. Cum enim contra Dei mandatum, contraque communis naturæ ſcopum in eo libro edicit, ne homo ſacerdos cum ſua ſit uxore, id ait utique, ut ſi non contineat, ſit cum aliena.

Perſpicuum eſt, quam peſtem *Decretales* iſtæ in hominum vitam invexerint, quæ tanta eſt, ut Lutheranum genus hominum acre, ingenioſum & dicax, iisce *Decretalibus* Alexandri contendat Regnum *Papæ* cum Regno *Sathanæ* idem eſſe. Neque enim alias leges in ſuo regno valere vult *Sathan*, quam eas, quæ contra vim naturæ latæ, homi-

(*b*) Hæc verba ad finem cujusque Decreti apponuntur.

ſty na zycie ludzkie ſciągnęły, ktora tak ieſt wielka, że Luterſki ludzi rodzay oſtry, dowcipny, i mowny, mocnie dowodzą, iż dla tych Alexandra wyrokow Kroleſtwo Papieża iednoż ieſt z Kroleſtwem Czarta. Bo czart tego iedynie chce, żeby nie inne w iego Kroleſtwie ważyły prawa, tylko coby przeciwko mocy przyrodzenia wnieſione, do wykonania ludziom będąc niepodobne, przyczyną im ſtawały ſię grzeſzenia. Tego gatunku ſą Alexandra o bezżeńſtwie Xięży prawa, ktoremi pogrążone ſą przykazania Boſkie, przyrodzenie naſze zdeptane, wolność Chrzesciańſka zaſtraſzona tak mocno rożni ſię od zycia i uczciwości onych dawnych Chrześcian, że gdyby teraz z martwychpowſtali, zaparliby tego nieuchybnie, iż ze Krwi ich pochodziemy.

I w rzeczy ſamey (gdybym wam niebył mocno przychylny) tak liczne wyſtępki, tak wielkie zbrodnie publiczne i iawne ktore dla tych Alexandra wyrokow popełniaią ſię, dorądby mnie przywiodły, żebym wyznał z Lutrem, iż Rzym nieco ieſt innego, tylko ſtolica zarazy. Skąd całe to na zycie ludzkie powietrze, i tak smiały zamach, że nieobawiał ſię Rzymſki Papież przeciw onemu Boga wyrokowi: *Nie ieſt dobrze, żeby człowiek był ſam*, twoie przepiſywać wyroki, gdzie ſtanowi, że prawe męża z niewiaſtą złączenie, w Xiędzu nie małżeńſtnem ale nałożnictwem zwać ſię powinno. Wzdy Daniel Prorok nam przepowiada, iż z taką władzą przyiść ma Antychryſt, co będzie czaſy i prawa

hominibus ad ferendum intolerabiles cum fuerint, illis causæ ad delinquendum existant. Cujusmodi esse has istas de Cælibatu sacerdotum Alexandri leges constat, quibus legibus demersa sunt mandata Dei, natura nostra est obruta, libertas Christiana tremefacta tantum distat a vita cultuque veterum Christianorum, ut si ii nunc resurgerent, nos esse ortos a se negarent.

Et certe (nisi vobis vehementer addictus essem) tot vitia tantaque flagitia publica & manifesta, quæ iisce *Decretalibus* Alexandri committuntur, me cogerent, Romam cum Luthero non aliud esse, quam Cathedram pestilentiæ confiteri. Ex qua omnis hæc ista honestæ vitæ pestis, tantaque audacia, ut non dubitavit Romanus Pontifex contra illud decretum Dei: *Non esse bonum, hominem solum esse, Decretales* suas piæscribere, in quibus decernit: Legitimam conjunctionem maris & fæminæ in homine sacerdote, non matrimonium, sed contubernium dici. Atqui cum tali potestate. *Antichristus* venturus nobis a Daniele Propheta prædicitur, qui mutet tempora & leges, & qui decretis suis omnem legem mandatorum Dei evacuet, nihil inter homines tranquillum, neque pudicum relinquens, sed cuncta libidini suæ propria faciens.

Ut autem facilius, quod peto, concedas, omnem vitam, ac genus meum Tibi indicabo.

Sum

odmieniał, cobędzie ſwemi wyrokami wſzelkie przykazań Boſkich uſtawy niſzczył, nic w poſzrzodku ludzi ſpokoynego, nic wſtydliwego nie zoſtawuiąc, ale wſzyſtko wyuzdaney chuci ſwoiey w własność poddaiąc.

Abyś zaś tym łatwiey, o co prozę, pozwolił, całe Ci zycie moie, i rod moy opowiem.

Co do narodu ieſtem Scyta, co do krainy Ruſin z miaſteczka Przemyſla, tak oboiem ſpoſobem ieſtem Sarmata, bo ta Ruś, co mi ieſt oyczyzną, w Sarmacyi Europeyſkiey leży maiąc po prawey Dacyą po lewey Polſkę przed ſobą Węgry, po ſobie zaś ſcytyą ku wſchodowi. Lat ſiedmnaście, naprzod w Niemczech, toż we Włoſzech pod nayſławnieyſzemi Nauczycielami na nauki łożyłem; do Domu powróciłem z Rzymu, z wielą odebranemi od Pawła III. łaſkami. Gdy mi Ociec uſławicznie Dwory, i wziątki duchowne przekładał przed oczy, Xiędzem zoſtałem. W tym Ociec umiera. Brat bezpotomny radzi mi, abym ſię ożenił przykładem Grekow, od ktorych rod naſz wyprowadzamy. Poiąłem więc za zonę ſzlachetną Magdalenę corkę Jana Chełmſkiego ſkładaiąc Kapłańſtwo, ponieważ Rzymſkiemi uſtawami tak oboſtrzono, żeby Xiądz, co ſię poświęceniu żeni, zadnego do ſprawowania urzędow Koscielnych prawa niemiał. Jan Dziaduſki Biſkup Przemyſki podał radę iżbyś powagą Papieſką moie małżeńſtwo za ważne oſą,

Sum gente Scytha, Natione Ruthena, in municipio Præmiſlienſi, utroque autem modo Sarmata, quod ea Ruſſia, quæ mihi Patria eſt, in Sarmatia Europæa ſit poſita, dextra habens Daciam, ſiniſtra Poloniam, ante illam eſt Hungaria, poſt vero Scythia vergit ad orientem ſolem. Septem decim annis primum in Germania, deinde in Italia ſummis Doctoribus Magiſtris uſus, Domum redii ex urbe, gratias non paucas a Paulo III. domum reportavi. Cum Pater aulas & *præbendas* continuo jactaret, factus ſum ſacerdos. Pater interea moritur. Frater ſterilis mihi ſuadet uxorem exemplo Græcorum, ex quibus orti ſumus. Itaque duxi Joannis Chelmii filiam Magdalenam genere nobili, ſacerdotia abdicando, quod ſcirem Romanis decretis ita caveri, ut ſacerdoti, qui poſt conſecrationem uxorem duceret, in miniſterio Eccleſiaſtico nullum jus eſſet: Joannes Dziaduſki, *Epiſcopus* Præmiſlienſis ſuaſit, ut tu authoritate *papali* matrimonium valere oportere decerneres.

Peto itaque ſupplex, conjunctionem hac cum uxore mea ut approbes ratamque habeas, ut hac fretus liberer fornicatione; in qua ſumma mihi omnia ſunt poſita. Vita primo pudica, ſpes familiæ, tum vero æternitas ipſa futura illa, ad quam fornicatores & adulteri non perveniunt. His tribus partibus cum mihi definitus ſit omnis Pontificatus tuus, uxorem mihi permittas, oportet, quæ ſumma ſit omnis ejus cauſæ, quæ ad te de me pertinet. Non ego translationes, uniones,

Proszę zatym pokornie o uchwalenie i potwierdzenie związku mego z zoną moią, abym w niey zauławszy, wolnym się stał od nierządnictwa; boć na niey naywięcey mi zależy. Zyćie naprzod czyste, nadzieia rodu naszego; toż ona przyszła wieczność, do ktorey nierządnicy, i Cudzołożcy nie przychodzą.

Z tych iedno trzech miar gdy ia teraz na twoię godność Papieską uważam, niemożesz mi odmowić żony; o czym też ta cała iuż niech będzie sprawa, co o mnie ma do ciebie należćć. O przenosiny żadne, o przyczynienie proboszw, ani o iakie inne łaski prosić nie będę. Zachoway takowe rzeczy dla inszych, ktorzy chciwi zysku, na wszelką szpetność podać swe zycie są gotowi. Ja tego szczegulnie domagam się, abyś mię z żoną postanowił w małżeństwie, w ktorymbym wolen od niebespieczeństwa nierządności, pewney oczekiwał oney nadziei błogosławioney, i przyiścia chwały wielkiego Boga i Zbawiciela Pana Naszego Jezusa Chrystusa. Dla czego gdy poznaiesz, że i ia pragnę oney błogosławioney nadziei, i że dostąpić iey niemogą, tylko co są czystego i prostego serca, masz to wziąc za twoy obowiązek, abyś pozwoliwszy mi żony, z tego nierządności kału mnie wydobył, i do czystego iak nayprędzey przywrocił życia.

I dla tegoć to otrzymania życia poiąłem żonę, ktorą tak postanowiłem utrzymać, iak słuszność i godziwość każe, ani dopuszczę, żeby

nes, atque gratias ullas abs te petam. Serventur ista a te aliis, quorum vita a nulla re turpi abhorret ob quæstum. Id solum a te peto, ut me cum uxore in matrimonio ponas, in quo solutus omni fornicationis formidine, certus expectem spem illam beatam & adventum gloriæ Magni Dei, & Salvatoris Domini nostri Jesu Christi. Quare cum intelligas & me cupidum esse illius beatæ spei, & ad eam pervenire non posse, nisi mundos & rectos corde, existimare debes rem tui officii esse, me ex hoc fornicationis cæno uxore data ereptum, pudicæ vitæ quam primum reddere.

Equidem hujus istius vitæ potiundæ causa uxorem duxi, quam ita retinere statui, uti jus fasque est, neque mihi hanc dum vivo, una vi extorqueri unquam sinam, neque etiam me divelli ab illa patiar. Id enim, cum religiosa ipsius Naturæ lege jura vetunt, tum illa Divi præcepta Pauli: *Alligatus es uxori, noli quærere solutionem.* Item: *iis, qui matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem a Viro non discedere*; præsertim cum eam nullo vitio decernente Apostolo: *si acceperis uxorem, non peccasti, & si nupserit virgo, non peccavit.*

At inquies: Voviſti castitatem. At non plus me hujusmodi voto ligatum putarem, quam si voviſſem digito cælum attingere, aut tale quid facere, quod in manu mea situm non esset. Ejusmodi res fingi & optari possunt, præstari vero, quia

mi ią przez iedną moc wydarto, ani ścierpię, żeby mnie od niey oderwano. Bronią bowiem tego iuż same przyrodzone prawa, iuż one S. Pawła roskazy: *Wszedłes w związek z żoną, nieszukayże rozwiązania.* I znowu: *Tym co się złączyli przez małżeństwo przykazuię nie ia, ale Pan, aby zona Męża nie opuszczała*; osobliwie kiedym ia ią bez żadney poiął przeszkody, za wyrokiem Apostoła: *Jeśliś się ożenił, nie zgrzeszyłeś, i Panna ieśli poszła za mąż, nie zgrzeszyła.*

Lecz powiesz: Poślubiłeś czystość. Ale nie bardzieybym mnie tym ślubem być sądził obowiązanym, iak gdybym ślubował palcem nieba dosiągnąć, lub co uczynić takiego, coby w ręku moich niebyło. Takowe rzeczy w myśli sobie wystawić, i onych pragnąć można uskutecznić zaś, że są nad siły nasze, niemożna. Cóż, gdy takie śluby tego są rodzaiu, że do wielu wiodą szpetności, czyliż ważyc u nas maią? Bynaymniey, iak rozumiem. Takowy był ślub Heroda, co dał się iedney nierządnicy pod czas bankietu przywieść do tego, że Jana ściąć kazał. Jakżeby to lepiey nierownie było, aby w tym ślub Heroda niebył przyszedł do skutku! Kroremu to gdy podobnym iest i on ślub powściągliwości, ktory na przeciwko mnie przywodzą, zachować go, chociaż uczyniony, niepowinienbym.

To bowiem godziwych ślubow ma być piętnem: naprzod, żeby szpetności w sobie niemiały,

quia extra captum noſtrum ſunt, a nobis poſſunt. Quid vero, cum talia vota ejus generis ſunt, quæ multarum turpitudinum ſunt cauſæ, etiamne apud nos valebunt? Minime opinor. Tale votum fuit Herodis, qui adductus eſt in convivio a ſcorto ut Joannem gladio feriret. Quanto autem melius fuerat in hoc votum Herodis non eſſe ſervatum! Cui cum ſimile iſtud votum continentiæ, quod contra me profertur, exiſtat, a me ſervari etiam factum non deberet. Hæc enim legitimorum votorum ratio fuit, primum ut turpia non ſint, deinde tolerabilia, poſtremo facto facilia.

Quale votum continentiæ non eſſe conſtat; nam ea turpitudine eſt, ut omnia illa præcepta deleat, quæ olim digito Deus ſcripſit ſuo: *non eſt bonum hominem ſolum eſſe. Non omnes poſſunt capere hoc verbum; qui poteſt capere, capiat. Quod ſi ſe non cotineant, nubant. Melius eſt nubere, quam uri.*

Deinde: *Propter fornicationem unusquisque uxorem habeat.* Atque hæc præcepta voto iſto inſidioſo deleta extinctaque ſunt. Quam vero tolerabilia ac facto facilia fuerint, plena exemplorum eſt Urbs Roma, fornicationesque publicæ teſtantur; quaſi ita neceſſe eſſet, ut illa princeps pœnas eorundem votorum daret, quibus ad omnem turpitudinem Eccleſiam Dei protraxit.

Si hoc Votum Continentiæ eæ infirmitate vitæ, noſtraque imbecillitate interpretemur, nihil

aliud

ły, potym żeby były znośne, nakoniec do wykonania łatwe. Tych własności, że ślub powściągliwości niema, rzecz oczywista; bo takiey iest szpetności iż wszystkie one przykazania zgładza, ktore niegdyś Bog palcem swoim napisał: *Nie iest dobrze, żeby człowiek był sam. Nie wszyscy mogą poiąć to słowo; kto może poiąć niech poymuie. Jeśliby niewstrzemięźliwemi byli, niech się żenią. Lepiey iest ożenić się, niżeli się palić.* I daley: *Dla uniknienia wszeteczności, niech każdy ma zonę.*

I teć to przykazania owym slubem zdradliwym zgładzone i zniszczone są. Jako zaś są znośne i łatwe do wykonania pełno iest przykładow w Rzymie, i poświadczaią to publiczne nierządy; właśnie iakby tak było potrzeba, aby pierwsze one w Swiecie Miasto za śluby, owe było pokarane, ktoremi pociągnęło Kościoł Boży do wszeteczeństwa wszelkiego.

Jeżeli slub ten powsciągliwości wedle niemocy życia, i słabych sił naszych tłumaczyć zechcemy doydziemy iż nic innego zaiste nie iest, tylko pokrywka iakowaś niepoczciwości, pod ktorą się wszystkie zbrodnie, cudzołożstwa, i niewstydy bezkarnie taią. Ty zapewnie sam iako człowiek wiele wiekiem długim nauczony, i od powszechney ułomności niewyięty, tak sądzić koniecznie powinieneś.

Coż

aliud profecto illud esse reperiemus, quam latebram quandam nequitiæ, in qua omnia flagitia, stupra, atque libidines impune delitescunt. Tibi certe homini multa ætate docto, ac communi infirmitate prædito ita esse omnino debet videri.

Quid talia Vota, nisi aperta perjuria? propterea opinor, quod verum atque integrum illud votum cum ipso dono debet convenire; ut non plus sit in voto nostro, quam in ipso dono ab ipso Deo sit nobis concessum. Divus Paulus de Continentia ita scribit: *Volo omnes homines esse, sicut ego sum, sed unusquisque donum proprium habet ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic.* Quod idem est, opinor, ac si dicat: volo, ut eam tu quoque virginitatem despondeas Deo, quam despondi ego, sed si tibi non est dono data eadem virginitas, quæ data est mihi, despondere eam Deo noli; fallet te spes, voti compos non eris. Donum ergo relinque meum, & sequere tuum; uxorem ducas, nec te peccare in eo existimes. Est enim honorabile connubium in omnibus, ac uxor ex contraria parte virginitati respondens donum est alterum, quod ab ipso Deo paratum est incontinentibus, quo igitur ipso, hoc votum est cassum, ea vovere, quæ neque capere, neque præstare ullo modo possem,

Dimittatur ergo a nobis, qui volumus pie vivere, hoc inane & insidiosum votum, ad eosque homines relegetur, qui deliciis affluentes Curios

Coż ſą takie ſluby ieśli nie oczywiſte krzywoprzyśięſtwa? dla czego tak rozumiem, iż prawdziwy, a nienaruſzony on ślub wedle miary łaſki być powinien; tak aby nic więcey w naſzym było ſlubie; tylko ilenam darem Boga ieſt dano S. Paweł o powściągliwości to pisze: *Chcę żeby wſzyscy ludzie nakſztalt mnie byli; ale każdy ma ſwoy dar od Bega, a to inny tak, inny inaczey.* Co, iak mi śię zdaie, iedno ieſt, iakby mowił: Chcę, abyś ty także poślubił dziewictwo Bogu, ktore ia poślubiłem; lecz ieśli niemaſz z daru tego dziewictwa, ktore mnie ieſt dane, nie poślubiay go Bogu; gdyż śię oſzukaſz, i celu niedoſtąpiſz. Dar mi tedy moy zoſtaw, a trzymayśię ſwego; poymiy Zonę i mie ſądź, byś w tey mierze zgrzeſzył.

Uczćiwe bowiem ieſt małżeńſtwo we wſzyſtkich, i żona, mowiąc za przeciwną ſtroną, ieſt drugim darem dziewictwu podobnym, ktory od ſamego Boga dla niewſtrzemieźliwych ieſt zgotowany; ſkąd przez to ſamo ſlub ow nic nieważy, ſlubować to, czegobym ia ani poiąć, ani wykonać niezdołał.

Porzućmy więc, ktorzy pobożnie żyć chcemy, prożny ten i zdradliwy ślub, i do tych go odeźliymy ludzi, co pływaiąc w roſzoſzach, Kuryuſzow (c) po ſobie udaią, a roſpuſtnie żyią; co przybieraią na śię ſobę iakieyſi ſwiątobliwości,

(c) Jeden z Rzymian wielkiey poczciwości mąż miał Imie, Kuryuſza.

rios (c) simulant, & bacchanalia vivunt; & qui sibi sumunt personam cujusdam sanctitatis, eamque reddunt spectabilem regulis, atque votis & perjuriis, cum sint pleni stupris; qui *Decretales* Romanas Universalis Ecclesiæ leges appellant.

Quasi vero universalis sit Ecclesia, quæ Deo ac naturæ repugnat, legesque ferat contrarias hisce legibus quas a Parente rerum Natura accepimus.

Quæ appetitu nobis ad procreandum dato, quid aliud egit aut jussit, quam uxorem ducere, unde legitimum nostrum extet genus?

Quam si Sacerdoti fas non esset ducere, neque appetitus ille ad precreandum naturalis, scelere aut culpa in nobis vacaret. At cum is in nobis instituto naturæ sit legitimus, atque sanctus, nemo negaverit illas leges nefarias haberi, quæ prohibent nubere; eos impios etiam esse ac sacrilegos, qui damnant illos, qui uxore accepta naturam sequuntur, optimum vivendi ducem. Quod cum ita sit, alieniſſimas eas dicemus leges omnes ab universali Ecclesia, quæ legitimis nuptiis sacerdotis adversantur. Vera enim illa & integra Christi Ecclesia nunquam a natura, verboque Dei discedit. Iis enim illa duobus vivit, viget, regiturque. Quod si tu aut a natura usquam deflectas, aut verbum Dei ex Ecclesia tollas,

(c) Unus e Romanis summæ probitatis Vir, nomine Curius erat.

wości, i onę znakomitą czynią, uſtawami, ślubowaniami, i krzywoprzyſięſtwy, gdyż ſą cali cudzołoſtwem ſkalani; ktorzy wyrocznie Rzymſkie za prawa powſzechnego Kościoła maią. Właśnie iakby to powſzechny był Kościoł, co przeciw Bogu i przyrodzeniu walczy, i wnoſi prawa onym prawom ſprzeczne, ktoreśmy od Iſtności tworczey wſzech rzeczy odebrali. Tać to dawſzy nam żądzę rodzenia, coż innego uczyniła, albo nakazała, iak żenić ſię, przez cobyśmy pewny naſz rodzay mieli?

Gdyby zonę poiąć, Xiędzu niebyło wolno, aniby żądza ona do rozradzania ſię, z przyrodzenia dana mogła być w nas bez zbrodni, albo winy. Lecz ponieważ ta prawem przyrodzenia ieſt u nas ſprawiedliwa i ſwięta, nikt przeć niebędzie, żeby prawa owe niemiały być niegodziwe, co żenić ſię bronią; i żeby ci bezbożnemi, i nawet ſwiętokradźcami niebyli, co potępiaią tych, ktorzy biorąc zonę, idą za przyrodzeniem, naylepſzym życia wodzem. Co gdy tak ieſt, możem mowic, iz te prawe wſzyſtkie naydaley ſię od powſzechnego Kościoła odſtrzelaią, ktore prawemu żenieniu ſię Xięży ſą przeciwne. Prawdziwy bowiem ow i nienaruſzony Chryſtuſa Kościoł nigdy od przyrodzenia, i ſłowa Boſkiego nie odſtępuie. Owſzem tym dwoygiem żyie, ſtoi, i rządźiſię. A ieſli ty, albo od przyrodzenia kiedy zchybiſz, albo ſłowo Boſkie z Kościoła wyrzuciſz, nic w nim procz gromadzy złych ludzi, i

las, nihil nisi concilium malignantium, & conventum operantium iniquitatem in illa requiras. In quo Alexandrum ducem fuisse aperte constat, dum *Decretales* promulgavit, quibus connubium sacerdotum contubernium appellat, contra omnia Divina, atque humana jura. Neque enim aut lex Dei jussisset sacerdotem, Virginem ducere uxorem in Libro Levitico, capite 21. aut Apostolus honorabile connubium esse in omnibus promulgasset, si sacerdotis cum uxore, ut cum meretrice conjunctio, contubernium esset.

Quid? Nicæna Synodus Pannatii Egiptii ore, sacerdotis cum propria uxore concubitum, castitatem esse, tanta authoritate professa, parumne declarat Alexandrum III. oblitum Naturæ atque Dei, aperte esse mentitum? Quibus ille vim talem hominibus infirmis intulit, ut palam discederet a fide, attendens spiritibus erroris, & doctrinæ dæmoniorum, in hypocrisi loquens falsa.

Sacerdotium cum matrimonio non adversatur. Secum stare igitur simul in uno homine possunt. Ut olim in Patriarchis, Prophetis, & aliis sanctissimis Viris sacerdotibus; ut nunc stant in Græcia, Alexandria, Antiochia & alibi.

At Vicarius fuit ille Alexander Christi inquies? Fuerit sane vel Angelus de cælo. Tamen cum is aliud Evangelium de matrimonio, præter

ſchadzki zbrodniarzow ſzukać niemaſz. Do czego, iz był Alexander przewodcą, oczywiſta rzecz ieſt, gdy one wyrocznie ogłoſił, w których małż zeńſtwo Xięzy zwie nałożnictwem, przeciwko wſzelkim Boſkim i ludzkim prawom. Ani albowiem, albo prawo Boże byłoby nakazywało Xiędzu żenić ſię z dziewicą w Xiędze Lewitow w rodziale 21. albo Apoſtoł małżeńſtwo za uczciwe we wſzyſtkich iawnie byłby potwierdził, gdyby Xiędza z zoną, iako z nierządnicą, złączenie nałożnictwem było.

Coż? Czyliż ſobor Niceński Xiędza z własną zoną ſpołkę, za czyſtość taką powagą przez Pannacyuſza Egipcianina uznaiąc, nie doſyć oſwiadcza, że Alexander III. zapomniawſzy przyrodzenia i Boga, ſtał ſię oczywiſtym kłamcą? Przez co taki ludziom ułomnym gwałt uczynił, iż widocznie zdał ſię odſtąpić wiary, daiąc ſię powodować duchom błędu, i nauce diabelſtwa, a fałſz w nieſzczerości i obłudzie ſieiąc.

Kapłaństwo małżeńſtwu ſię nie ſprzeciwia. Zaczym mogą ſię razem w iednym mieścić człowieku: Jako niegdyś w Patryarchach, Prorokach, i innych ſwiętych Kapłanach; iako teraz także zwyczay ieſt w Gecyi, Alexandryi, Antyochyi i indziey.

Przecież to, on Alexander był Namieſtnikiem Chryſtuſa, rzeczeſz? Niech będzie choć i Anio-

ter quam quod traditum est nobis, prædicaverit, sacramentumque illud magnum violaverit, contuberniumque appellaverit; id agens utique non Vicarius Christi, sed Ecclesiæ fuit anathema.

Memini ego Juli principem sedis vestræ Petrum Galilæum, modo clavigerum, modo *Sathanam* dici a Domino, utrumque enim fuit. Cum enim sapiebat ea, quæ hominum erant, *Sathan* a Domino jure vocabatur. Ad quem modum clavigerum ego fuisse Alexandrum profiterer, si de matrimonio præcipiens ex sede vestra ita jussisset: *Si non contines, nubas.* At cum is capitali odio ab hoc isto præcepto aperte discedat, uxoresque legitimas per suspensionis & excommunicationis sententias sacerdotes abjicere cogat contra illud præceptum Pauli: *Vis autem, qui matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem a Viro non discedere; Sathanam* illum atque anathema fuisse, pronunciare cogor. Neque enim hoc jus in Ecclesia Christi vobis Pontificibus est, ut nobis contra præcepta Dei, contraque Naturæ jura leges imponatis; pœnamque sanciatis capitis, verba etiam ad arbitrium vestrum fingatis, quo rerum naturam evertatis. Quod codex illarum *Decretalium* facit, quas merito irridet Græcia, Alexandria, Antiochia, Germania, Bohemia, Russia, ubi matrimonia Sacerdotum non contubernia, sed connubia appellantur.

Cum

łem z Nieba. Jednakowoż, kiedy on inną o małżeńſtwie Ewanielią, nie tę, co nam ieſt podana, opowiadał, Sakrament ten wielki znieważył, i nałożnictwem nazwał, toć takie rzeczy czyniąc, pewnie nie Chrvſtuſa Namieſtnikiem, ale Kościoła był przeklęctwem.

Pomnę ia Juliuſzu, iż Xiąże ſtolicy waſzey Piotr Galileyczyk, iuż Klucznikiem, iuż Szatanem był zwany od Pana, boć to oboie było. Gdy bowiem temi ſobie rzeczami głowę zaprzątał, ktore ſię ſwiatowych ludzi tyczyły, ſprawiedliwie Pan zwał go Szatanem. Tym wzorem, iabym Alexandra Klucznikiem być uznał, gdyby nauczaiąc o małżeńſtwie z tey ſtolicy waſzey, tak był poſtanowił: Jeśliś niewſtrzemięźliwy, ożeńſię.

Lecz ponieważ on przez nieubłaganą nienawiść oczywiście od tego przykazania odſtępuie, i Zony prawe pod Karą zawieſzenia od urzędow, i wyklęcia od Kościoła, Xiężom porzucać nakazuie, przeciw onemu Pawła wyrokowi: *Tym, co ſię złączyli przez małżeńſtwo, przykazuię nie ia, ale Pan, aby zona męża nieopuſzczała;* iawnie powiedzieć ieſtem przymuſzony, iż był Szatanem i przeklęſtwem, Ani bowiem będąc Papieżami tę moc macie w Kościele Chryſtuſa, żebyście nam przeciwko przykazaniom Boga, i przeciwko przyrodzenia uſtawom, prawa narzucali, i karę gardła ſtanowili, ſłowa na-

Cum Evangelio mihi uxor detur, non possunt *Decretales* obstare, quibus constupravit Alexander Ecclesiam Dei. Itaque abs te peto Juli, quem Deus gremio Ecclesiæ præfecit, ut nostra vulnera sanes vino & oleo, hoc est, doctrina, & Sacramento. Habes doctrinam traditam a Deo, qua mihi ita præcipias: *Non mœchaberis.* Habes oleum, quo sanes mœchum, illud nempe: *Propter fornicationem, habeas uxorem tuam.* Ut a Domino de Baptismo est dictum: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit;* ita quoque ab eo est præceptum: *Quod si non contineant nubant.*

Neque enim sunt audiendi quidam hypocritæ tristes ac fornicarii, qui hoc de solis laicis dictum a Domino volunt esse. Quasi vero Dominus non aperte dicat: *Qui potest capere, capiat.* At scelus nefarium est putare id, quod in uno homine benedictio esset, illud ipsum in altero maledictionem esse. Nam quæro, num in laico matrimonium sit benedictio. Est sane summa. Quomodo igitur quæso hæc benedictio in sacerdotem translata maledictio existet? Quæ res repente hanc benedictionem in maledictionem convertet? Num Deus? At is bendixit mari & fœminæ, illisque insimul dixit: *Crescite & multiplicamini.* Num vero quod in suo loco non sit positum? Primum quæro, quare? Num sacerdos homo non est? Num sensum & humanitatem deposuit sacerdotio fungens? Minime. Ma-

net

wet wedle waſzego upodobania zmyślali, przecobyście rzeczy porządek wywrocili.

Co czyni Xięga onych wyroczni, z ktorych ſłuſznie naśmiewaśię Grecya, Alexandrya, Antyochya, Niemcy, Czechy, Ruś, gdzie małżeńſtwa Xięży nie nałożnićtwami, ale czyſtemi związkami nazywaią śię.

Gdy mi Ewanielia zonę daie, niemogą przeſzkodzić wyrocznie, ktoremi Alexander zesromocił Kościoł Boży. Przeto proſzę Cię Juliuſzu, ktorego Bog nad łonem Kościoła przełożył, abyś naſze rany uleczył winem, i oleiem, to ieſt, nauką i Sakramentem. Maſz naukę podaną od Boga, za ktorey powodem tak mi maſz roſkazać: *nie cudzołoż.* Maſz oley ktorymbyś uleczył cudzołożcę to ieſt, ten: *Dla uniknienia wſzeteczności, miey zonę twoię.* Jako Pan o Chrzcie powiedział: *Ktokolwiek uwierzy, i Chrzeſt przyimie, zbawion będzie*; tak tenże przykazał: *Jeśliby wſtrzemiźliwemi niebyli, niech śię zenią.*

Ani Albowien ſłuchać potrzeba niektorych obłudnikow ponurych a bezwſtydnych, ktorzy mowią iakoby to Pan o ſamych tylko świeckich miał powiedzieć. Właśnie, iakby Pańſkie ſłowa niebyły iaśne: *Kto może poiąć, niechay poymuie.* Aleć i niegodziwą ieſt zbrodnią mniemać, iż co w iednym Człowieku ieſt błogoſła-

net ergo in illo plena & integra natura apta ad gerendum ut in cæteris hominibus. Quam naturam Paulus Apoſtolus animo complexus, illam honeſtis nuptiis incluſit, ac honorabili connubio terminavit, *Epiſcopumque* ita ut & laicum unius uxoris Virum eſſe oportere pronuntiavit, filios habentem fideles. Si ergo neque Deus dator, neque ſacerdos acceptor matrimonii in nomine SSmæ. Trinitatis aliquid de Benedictione hac immutavit, fateri oportet, ut in laico, ita in clerico collocatum matrimonium benedictionem eſſe; nihilque de natura hac iſta immutari hominum ætatibus aut ordinibus. Hæret enim hæc in ipſis medullis, ac in nobis intima adeo eſt, ut neque mutari, neque evelli e nobis ullo modo poſſit.

Ita in clerico ineſt ſemen ad generandum ſicut in laico Teſtantur fornicationes, adulteria, &c. quibus peccant, dum ſanctas & legitimas damnant nuptias. Semen ſi in me Clerico ut in laico eſt, debetur ergo a me alteri. Hæc enim ratio ſeminis eſt, ut non ſit ejus, in quo eſt, ſed ſit alterius ab eo, in quo eſt.

Cui vis ergo deberi, aut a me tradi? Tu me Juli doce. Semen in me eſt, foras promit, retineri a me non poteſt. Vis, ut tradam illud ſcorto? Aut quid pejus? At utrumque horum alienum eſt ab homine Chriſtiano. Reſtat ergo, ut illud aut uxori Chriſtianæ a me ductæ tradatur, aut effluat, dilabaturque. At effluere ac dilabi illud pati,

quod

wieńſtwem, toż ſamo ieſt przekłęctwem w drugim. Bo pytam ſię, czyli w ſwieckim małżeńſtwo ieſt błogoſławieńſtwem? Jeſt wielkim zaiſte. Jakoż proſzę to błogoſławieńſtwo na Xiędza przenieſione przekłęctwem ſię ſtanie? Coż tak gwałtownie błogoſławieńſtwo w przekłęctwo zamieni? Pewnie Bog? Lecz ten pobłogoſławił mężczyznie i niewieście, i oraz im rzekł: *Rośniycie i rozmnażaycie ſię.* Pewnie, że nie ieſt podobno na ſwoim mieyſcu? Naprzod pytam, czemu? Alboż to Xiądz nie ieſt człowiekiem? Alboż te ſprawuiąc kapłańſtwo wyzuł ſię z wſzelkiego czucia i ludzkości? Bynaymniey. Zoſtaie w nim tedy zupełne i całe przyrodzenie zdatne do działania, iako i w innych ludziach.

Ktore to powſzechne przyrodzenie Paweł Apoſtoł poznawſzy dobrze, pięknym go małżeńſtwa związkiem określił, i uczciwym obwarował małżeńſtwem, i że potrzeba ieſt, żeby Biſkup rownie, iako i człowiek ſwiecki mężem był iedney zony, i ſynow miał iedneyże wiary, wyraźnie powiedział. A ieżeli ani Bog, co dał, ani Xiądz co przyiął małżeńſtwo w imie Nays. Troycy, nic z tego błogoſławieńſtwa nieodmienił, być to muſi, że iako w ſwieckim, taki w duchownym, małżeńſtwo ieſt błogoſławieńſtwem; i ze przyrodzenie to naſze żadney nie podpada odmianie, albo dla wieku, albo dla ſwięcenia. Tkwi albowiem to w ſamym we-

quod procreandæ ſoboli a Deo eſt datum, ſcelus eſt ac facinus nefarium. Reſtat igitur, ut reddere illud tanquam debitum uxori jus fasque ſit, idque præcepto Apoſtoli Pauli, qui hoc noſtrum ſemen ad hunc modum in nobis diſpenſat: *Uxori Vir debitum reddat, ſimiliter autem & uxor Viro.* Uxor ergo ſola erit receptrix legitima ejus, quod in clerico ad procreandum eſt; in quam uxorem ſine ſcelere ac crimine homo ſacerdos ita ſemen abjiciat, ut abjicit in terram ſubactam agricola, ut inde edatur, creeturque ex eo aliquid procreanti ſimile.

Timeant, ne ut Sodomam ac Gomorrham terra devoret, qui naturam quaſi matrem, Deum vero tanquam Patrem illius impie contemnunt, & contra jus & inſtituta illorum contendunt.

Tu etiam Juli memento, te in hac iſta vigilia Eccleſiæ non aliud eſſe, quam cuſtodem legum Naturæ & Dei, ut nunquam ab his neque ipſe discedas, neque alios discedere permittas. Neq; vero exiſtimare debes ullam rem aliam eſſe, qua nitatur tua Pontificia authoritas, quam iisce legibus præſtandis, quibus honeſtas inter homines pietasque ſervatur. Inde enim cognoscimus te non ſolum Vicarium, ſed etiam amicum Chriſti eſſe, qui cum cæteris, tum præcipue tibi dixit: *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis omnia, quæcunque dixi vobis.* Porro inter omnia præcepta hoc iſtud de matrimonio præceptum præcipuum eſt.

Secle-

wnętrzu, i tak nam ieſt iſtotne, iż ani ſię odmienić, ani nam być odięte żadnym niemoże ſpoſobem.

Rownie w duchownym, iako i w świeckim znayduie ſię naſienie do rodzenia zdolne. Stwierdzaią tę prawdę nierządności, cudzołożtwa, &c. ktoremi grzeſzą, gdy ſwięte i prawe małżeńſtwa związki potępiaią. Mam w ſobie, duchownym będąc, naſienie, iak go ma i ſwiecki; winienem go tedy Komuś drugiemu. Boć ta ieſt własność naſienia, aby nie tego było, w kim ieſt, lecz kogoś innego, w ktorym go niema. Komuż chceſz żebym go był winien, albo odolał? Naucz mnie Juliuſzu? Jeſt we mnie naſienie, dobywa ſię ze mnie, ani go zatrzymać niemogę. Pozwoliſzże, abym go oddał nierządnicy? albo co gorzey uczynił? ale to oboie nię przyſłoi na człowieka Chrześciańſkiego.

Pozoſtaie zatym, abym go albo zonie Chrześciańce odemnie poiętey oddał, albo żeby nadarmo wypłynęło i zniſzczało. Ale dopuścić, żeby nadarmo wypłynęło i zniſzczało, co Bog dał dla zpłodzenia potomſtwa, zbrodnia ieſt, i wyſłępek niegodziwy. Stąd idzie, iż oddać go, iako należytość zonie, ſłuſzna i ſprawiedliwa rzecz ieſt, a to wedle przykazu Apoſtoła Pawła, ktory o tym naſieniu naſzym w ten ſpoſob rozrządza: *Niech zonie mąż należytość oddaie, podobnie zaś i zona mężowi.* Zona więc

ſama

Sederunt ante te in ista sede Vicarii Christi, qui tamen amici ejus, ut res ipsa declarat, non fuerunt, Gregorius VII. qui ea asperitate naturæ fuit, ut non solum futuras, sed etiam præsentes uxores sacerdotibus eripuerit. Alexander III. qui legibus matrimonium ex Ecclesia in perpetuum exterminavit. Bonifacius Sufpensionibus, Excommunicationibus, proscriptionibus, ac bonorum publicationibus contra Christi mandata; Calixtus quoque & alii idem egerunt.

Fuerunt hi Vicarii, non amici, alias de instituto illius aliquid non mutassent. Christus nobis præscripsit: *Qui non continet, nubat. Melius est nubere, quam uri. Honorabile connubium est in omnibus.* Illi vero Sodomam ediderunt. *Sacerdotum matrimonium, contubernium esse.* Item: *Jane providens attentius, ne deinceps clericus conjugatus ad Sacros Ordines admittatur.* Item: *Eos uxores dimittere, suspensionis, Excommunicationis sententia compellere procuretis.* Quæ quidem non leges, sed Sodomiorum clamores ascenderunt ad Deum, ut illis auctoribus sexus contemnatur a sexu; ut omnes parochiæ, præbendæ, atque Canoniæ, scortis, adulteris, atque spuriis abundent; ut pæne tot sint lupanaria, quot sacerdotum domicilia.

Hi sunt illi fructus Juli, quos produxit nobis cælibatus ille, quem vi atque armis Siricius in Hispania, Hildebrandus in Germania, Alexander

prawnie odbierać to może, co w duchownym ku rodzeniu ieſt zdatnego; ktoreyby to zonie bez grzechu i przewinienia tak Xiądz oddawał naſienie, iako oddaie roli uprawney oracz, aby ſtąd co wyſzło, i utworzyło ſię coś podobnego tworzącemu.

Niech ſię lękaią aby ich iak Sodomę i Gomorrę ziemia nie pożarła, ktorzy przyrodzenie iako Matkę, Boga zaś iako iey Oyca lekce przez niezbożność ważą, i przeciwko prawu a uſtawom ich uporem idą.

Ty także Juliuſzu pamiętay, iż na tey Kościoła ſtraży nie co innego ieſteś, tylko ſtroż praw przyrodzonych i Boſkich, abyś od nich i ſam nigdy nieodſtępował, i innym odſtępować niedopuſzczał: Ani ſądzić maſz, żeby inna rzecz iaka była, na ktoreyby ſię ta powaga twoia Papieſka wſpierała, iako na dopełnianiu tych praw, ktoremi Uczciwość i pobożność między ludźmi utrzymuie ſię. Stąd albowiem poznaiemy, iżeś nietylko Namieſtnik, ale i przyiaciel Chryſtuſa, ktory ieśli do Kogo, tedy oſobliwie do Ciebie powiedział: *Wy przyiaciołmi memi ieſteście, ieżeli wykonacie wſzyſtko, cokolwiek wam mowiłem.* Między wſzyſtkiemi zaś przykazaniami, przykazanie to o małżeńſtwie ieſt ſzczegulnieyſze.

Sie-

der in cuncta Latina Ecclesia instituit. Non Patres, sed vitrici nostri, non pastores, sed lupi ovium Christi fuerunt. Nos reddiderunt ex membris Christi membra diaboli Græci, Alexandrini, Antiocheni reliquerunt Romam metu fornicationum, & æquum duxerunt jura Dei atque naturæ minoris subselii legibus anteponere, non erubescentis tabulas proferre contrarias tabulis Dei, in quibus olim digito Dei scriptum erat: *Non mœchaberis.* Quid illorum facinus si tu ipse approbes, & si nos coges secundum ipsum vivere, quomodo quæso socius furum non eris? aut quomodo cum adulteris portionem tuam non pones? mihi certe consimilem culpam effugere non videris posse, nisi aperte has Alexandri *Decretales* tanquam impias tabulas confregeris. Imo deterior erit tua causa. Illi enim quamvis ignorantia depravati, tum illo exemplo superiorum, transierunt omnis honestæ vitæ finem atque modum, fortasse possent dicere: se opinione ac spe continentiæ in sacerdotibus futuræ deceptos, illas *Decretales* scripsisse. Tu vero palam vides desperatam vitam nostram, qui cum naturæ repugnamque ab Alexandro coacti, id sequimur, quod assequi nequimus; non solum bipedum sed quadripedum nequissimi facti sumus.

Hæc dedecora, nisi matrimonio inter nos constituto quamprimum curaveris, eademque nobis causa ad deserendum te justa erit, quæ fuerit

Siedzieli na tey ſtolicy przed tobą Namieſtnicy Chryſtuſa, ktorzy iednak iego przyiaciołmi nie byli, iako rzecz ſama pokazuie. Grzegorz VII. ktory tey z przyrodzenia był ſrogości, iż nie tylko na potym, lecz i ktore na ten czas mieli, zony Xiężom wydarł. Alexander III. ktory prawami małżeńſtwo z Kościoła na zawſze wyrzucił. Bonifacy zawieſzaniami, Wyklęciami, Wygnaniami, i Konfiſzkacyami przeciwko Chryſtuſa przykazaniem; Kalixt także i inni toż ſamo uczynili.

Byli Ci namieſtnikami, ale nie przyiaciołmi, bo inaczey, żadneyby w iego uſtanowieniu niebyli zrobili odmiany. Chryſtus nam przepiſał: *Kto nie ieſt wſtrzemięźliwy, niech ſię żeni. Lepiey ieſt ożenić ſię, niżeli ſię palić. Uczciwe ieſt małżeńſtwo we wſzyſtkich.* Oni zaś Sodomę nam wſkrzefili. *Xięży małżeńſtwo*, mowią, *ieſt nałożnictwem.* I znowu: *Pilniey zaiſte zagradzaiąc żeby odtąd duchowny po ożenieniu do ſwięcen niebył przyięty. I znowu: Do opuſczenia żon zagrożeniem zawieſzenia, i wyklęcia przymuſzać ich ſtaraycie ſię.* Ktore to nie tak prawa, iako raczey Sodomczykow wrzaſki doſzły do Boga, znać nieiakim ſpoſobem daiąc; iakto za ich ſprawą, płeć iedna popardza płcią drugą; iakto wſzyſtkie plebanie, proboſtwa, i Kanonie pełne ſą nierządnic, cudzołożcow, i bękartow; iakto tyle prawie ieſt domow nierządnych, ile Xięży mieſzkań.

Te

rit olim Græcis, atque eundem jam exitum ſpectantibus Polonis. Quid enim quæſo nos retinebit? Num corona veſtra, num crux tuo affixa pedi?

Eo res venit, ut homines Turcicum quam Romanum tolerabiliorem putent eſſe dominatum. Turca enim aperte violentus eſt, nullam pietatem adverſus nos ſimulat, nullam manſuetudinem; Roma vero ad ipſam vim acerrimam, hypocriſim inſidioſiſſimam addidit. Habet enim poteſtatem, urbes, exercitus, duces, ſed habet præter hæc illa quoque, quæ ex ſumma manſuetudine ac Chriſtiana ſubmiſſione Dei prompta, ut *ſervos ſervorum*, *ſanctiſſimos*, *Reverendiſſimos*, *Reverendos*, *Venerabiles*, *Chriſti Vicarios*; quibus ſane nominibus quid manſuetius, aut ſubmiſſius fingi aut dici poteſt. Quæ tamen ipſa nomina quam apta ſunt, quamque congruunt cum bellis, cædibus, gentium atque urbium everſionibus? Hæc ergo cum plurimum diſtare alia ab aliis, vehementerque pugnare inter ſe cogantur, alterum horum Vobis homines concedunt; Vos videlicet, Dominos, Principes, Duces, eſſe, minime vero paſtores.

Qui homines erunt, qui veſtra inventa ſequentur, ut cogantur a vobis non ratione aliqua, aut ulla probabili doctrina, ſed iſto (*d*) Phalaridis decreto: *Volumus*, *jubemus*, *mandamus*. Cui ſi

(*d*) Nomen atrociſſimi olim in Græcia Tyranni.

Te ſą one owoce, ktore nam wyprowadziło owe bezżeńſtwo przemocą i bronią przez Syryciuſza do Hiſzpanii, przez Hildebranda do Niemiec, przez Alexandra do całego Kościoła Laciń-ſkiego wnieſione. Nie Oycami Ci, ale Oyczymami, nie paſterzami, ale wilkami owieczek Chryſtuſa byli. Z członkow Chryſtuſa uczynili nas członkami diabła. Grecy, Alexandryiczykowie, Antyocheńczykowie przez boiaźn popadnienia w nierządności odſtąpili Rzymu, i ſłuſzną rzeczą być oſądzili prawa Boſkie i przyrodzone nad prawa mnieyſzego rzędu przełożyć, ważącego ſię wyſtawiać tablice, przeciwne tablicom Boſkim, gdzie palcem ſamego Boga było napiſano; *nie cudzołoż.* Ktory to ich poſtępek ieśli pochwalaſz, i nas przymuſzasz żyć podług niego, iako proſzę nie miałbyś ſię ſtać towarzyſzem złodzieiow: albo iakobyś nie poſzedł z cudzołożcami społeczność? Mnie przynaymniey tak ſię zdaie, iż podobney nie Uydzieſz winy, ieżeli te Alexandra wyrocznie w oczach wſzyſtkich iako niezbożne tablice niepokruſzyſz. Owſzem gorſza twa będzie ſprawa.

Oni bowiem, chociaż przywłaſzczoną ſobie zbytnią powagą zepſowani, i złym dawnieyſzych uwiedzeni przykładem, wſzelką zycia uczciwego miarę i granicę przeſtąpili, mogliby podobno powiedzieć: że otuchą i nadzieią powściągliwości przyſzłey Kapłanow oſzukani. Wyrocznie one napiſali. Ty zaś oczywiscie widziſz, iż roſpaczać nam przychodzi o zyciu naſzym, kto-

si non obtemperamus, præfertis illum sæcularis potestatis gladium, quem vobis nullo exemplo arrogatis, Christus enim, cujus Vos Vicarii, eo nusquam est usus.

Illa est summa, ut sciamus Christum Jesum *Mediatorem* esse Dei atque hominum, solum illum *intercessorem* nostrum, propterea unicam spem, vitam ac præsidium nostrum. Illius nos gratia salvat, contritisque vere Deus absque *Jubilæo* indulget.

Malumus esse absque Pontifice, quam vitam pudicam relinquere Pontificis gratia, At capite carebitis? ad primum Christum Dominum recurremus. Etimus quidem nos oves sine pastore, attamen servi, non absque Domino; illo, inquam, qui ut apud Ezechielem est, *requiret gregem suum de manu pastorum, & cessare eos faciet, ut ultra non pascarit gregem; ne pascant amplius pastores semetipsos; & liberabit gregem suum de ore eorum, & non erimus illis ultra in escam.* Horribilis oratio illis imprimis pertimescenda qui Pontificiæ potestatis arrogantia, quasi absolutissima sit, ita ambulant, ut licere sibi abuti eo grege putent, & pascere non in lege Dei, sed in inventis hominum; vepresque *Decretalium* pro Evangelico cytiso proponunt.

rzy gdy przeciw przyrodzeniu walczemy przymuszeni od Alexandra, do rego zmierzamy, czego dosiąc niemożemy nietylko z ludzi ale z bydląt staliśmy się naygorszemi.

Te zakały, ieżeli przez przywrocenie nam małżeństwa nie uleczysz, tęż samę przyczynę do opuszczenia cię sprawiedliwą będziemy mieli, ktorą niegdyś Grecy, i iuż tegoż prawie czekaiący Polacy. Bo coż proszę nas zatrzyma? Czy Wasza korona? czy krzyż na obuwiu nog twoich.

Do tego przyszło, że ludzie panowanie Tureckie znośnieyszym być sądzą niżli iest panowanie Krzymskie, Turek bowiem iawnie gwałt czyni, niezmyśla żadney ku nam miłości, żadney łagodności. Rzym zaś do nayprzykrzeyszey przemocy obłudę nayzdradliwszą nadto przydał. Ma bowiem potęgę; Miasta, Woyska, Wodze, ale ma także procz onych, i te rzeczy, co łą z naywiększey łagodności i pokory Chrześciańskiey wzięte; iakoto: *sługi sług, Nayświętszych, Nayprzewielebnieyszych, Wielebnych, Czcigodnych, Chrystusa Namiestnikow*; nad ktore to imiona co łagodnieyszego, co uniżeńszego pomyśleć albo mowić można? Ktore iednak też same imiona iakoż się stosuią, iakoż się zgadzaią z Woynami z morderstwami, z Narodow i miast niszczeniem? Że więc te rzeczy cale są od siebie dalekie, i bardzo sobie się sprzeciwiać muszą, przeto iedno z nich ludzie wam przyznaią; to iest: żeście Panami, Xiążętami, Wodzami, nie zaś Pasterzami. Do Kto-

Is causa apud vos cadit, qui omnibus rebus ad rem Divinam cum sit instructior, in ferior audacia reperitur & mammona.

Homines docti & pii in sacerdotiorum petitione indoctis atque impiis sæpe cedunt.

Turba purpurata omnia in Ecclesia occupat, atque sola omnibus rebus dominatur, cunctaque ad se convertit.

Nundinationes rerum sacrarum, regulæ vendendarum rerum, venales gratiæ, quid quam præda sceleratorum sunt?

Beneficiati penetrant aulas & limina Regum, officiique ac nominis sui obliti, turpes sunt atque infames, ut ementiantur *beneficia.* Ibi sunt cum eo fastu ac supercilio, ut illorum spiritualitas Divina omnis superbiam exsuperet aulicam.

Tu Juli hic fortasse decurres ad illud extremum, atque ultimum vestrum præsidium: *Excommunicabo te.* Quid hoc sit? videamus. Excommunicare nihil aliud est, quam ex cetu aliquo ejicere. Quæro igitur, ex quorum hominum cætu cum uxore me ejicies? Num ex fornicatorum, adulterorumque? At magnam Tibi habeo gratiam, quod me inter impudicos cum pudica uxore habitare noluisti. Restat igitur, ut ex honestorum maritorum cætu me ejicias. At illi

di-

Ktorzyż z ludzi będą, co za Waſzemi poydą wynalazkami, ażebyście przymuſzali nie ſpoſobem iakim rozumnym, albo iaką nauką, ktorąby przyiąć można, ale owym (d) Falaryſa wyrokiem: *Chcemy, uſtanawiamy, nakazuiemy.* Ktoremu ieśli nieieſteśmy poſluſzni, bierzecie ſię do onego świeckiey władzy miecza, ktory ſobie żadnego niemaiąc przykładu przywłaſzczacie. Albowiem Chryſtus, ktorego ieſteście namieſtnikami, nigdy go nie użył.

Nam rzecz cała ieſt na tym, abyśmy wiedzieli, iż Chryſtus Jezus Poſrzednikiem ieſt między Bogem i ludzmi; ſam on Wſtawcą ieſt naſzym za nami; dla tego też iedyną ieſt nadzieią, życiem, i obroną naſzą. Jego łaſka nas zbawia, i Bog ſkruſzonym prawdziwie bez nadopuſtu daie odpuſzczenie.

Wolemy nie mieć Papieża, niżeli wſtydliwego odbiegać życia dla Papieża. Lecz, bez głowy będziecie? do pierwſzey głowy Chryſtuſa Pana uciekniemy ſię. Będziemyć my wprawdzie owce bez paſterza, iednakże ſludzy nie bez Pana; onego, mowię, Pana, ktory, iako ieſt u Ezechiela, *dopomnie ſię ſwey trzody z rąk Paſterzow, i złoży ich z paſterſtwa, żeby dłużey nie paśli trzody, żeby niepaśli daley paſterze ſamych ſiebie, i uwolni ſwą trzodę od gardła ich i niebędziemy im więcey na pokarm.* Straſzna mowa, ktorey Ci naybardziey lękać ſię ma-

(d) Imie nayokrutnieyſzego niegdyś w Grecyi Tyrana.

dicent: licere ad vitandam fornicationem, sobolemque procreandam ducere uxorem; naturale hoc jus esse, humanis inventis non cedere; postremo institutum ipsius Dei atque sanctum illud esse asseverabunt. Ita me illi complectentur, nec dimittent, sed summa vi retinebunt cum uxore. Remota igitur excommunicatione restat exilium. At ne hoc tentabis. Cum enim exilium calamitatem habeat, non culpam, nihil est, quod eam calamitatem metuam, a qua abest culpa. Quam enim, quæ so, culpam habet? uxorem ducere? eandem opinor, quam vivere. Deinde non tibi cum Italo res futura, sed cum Rutheno, non Pontificiæ, sed Regiæ potestatis homine, quem in exilium mittere possis. Comitia nostra peragunt; deliberationis autem ea est summa; Indignum cunctis ordinibus videri, fructibus Regni fornicationes urbis ali.

Sed dato: facies me exulem; profugiam ut Loth e Sodomis, ne videam peccantem Civitatem. Malo & ultra Sauromatas, ac glacialem Oceanum maritus potius salvus degam, quam vel in ipsius Jovis sinu scortator peream.

Nunquam, mihi crede, pœnitebit me ejus vitæ, quam comitabitur honestas. Referent sæcula me Patriam potius, quam vitam pudicam relinquere maluisse, idemque mihi accidisse dicent, quod olim Aristidi Achenienſi acciderat, qui ob eam causam pulsus erat Patria, quod præter modum justus esset. Er-

ią, co z Papieſkey władzy chełpiąc ſię, iakoby była nieograniczona, tak poſtępuią, iż za godziwą rzecz ſądzą zabłąkiwać tę trzodę i paść nie w prawie Boſkim i prawdziwey nauce Chryſtuſa, ale w Indzich wynalazkach, a ciernia Wyroczni zamiaſt Ewanielicznego ſzczodrzeńca ſtawiać.

U was ten przegrywa ſprawę, co we wſzyſtko ile do rzeczy Boſkich, ieſt nad innych zamożnieyſzy, mniey iednak nad innych ma zuchwałości i pieniędzy.

Ludzie uczeni i pobożni, gdźie idzie, o otrzymanie proboſtwa, nieuczonym i niezbożnym uſtąpić częſtokroć muſzą.

Gawiedź ſzarłatna wſzyſtko w Kościele Bożym poſiada, i ſama nad wſzyſtkim panuie, i wſzyſtko do ſiebie garnie.

Targi rzeczy ſwiętych, uſławy przedawania, przedayne łaſki, coż ią ieżeli nie zdobycz zbrodniarżow?

Maiący przywiley ſtarania ſię o proboſtwo, lub co podobnego, cisną ſię do Dworow, i progow Krolewſkich, i na ſtan a imie ſwe niepamiętaiąc ſzpetnemi i bezczesnemi ſtaią ſię, byle, czego chcą, wyſgali. Tam z tą pychą i dumą ſtawią ſię, iż Boſkie ich one duchowieńſtwo nad dworſką goruie bardziey wynioſłość.

Tu tv podobno Juliuszu do oney naywiękſzey i oſtatniey waſzey udaſz ſię obrony: *Wyklnę Cię.* Co to ieſt? obaczmy. Wykląć, nic nie ieſt innego, tylko z iakiego zgromadzenia wyrzucić,

Erras & Deum ignoras Juli, si putas commodius Christum loqui tecum, quam per homines ipsos posse, quorum incredibilem consensum ac plane conspirationem ad occasum tuæ potestatis cum videas, nihil aliud hoc esse interpretari debes, quam prædictionem diminutionis, aut certe conversionis potestatis tuæ.

Germaniam servam esse Romanarum libidinum Cæsar non coget, quæ olim ipsis Romanis rerum Dominis servire noluerit.

Joannes Dziaduski *Episcopus* Præmislienſis ob ductam uxorem, me infamem pronuntiavit, bona mea publicavit, ut me Polonia pelleret, Sed in Comitiis Petricovienſibus mihi contra eum cuncti equites affuerunt, & ita apud Sigismundum Augustum Regem causam meam egerant, ac si in illa salus communis sita esset Regni, & eo res est deducta, ut *Episcopus* me absolveret; ea necessitate mihi imposita a præcipuis in Comitiis Viris, ut ad te supplicetur pro dispensatione; & eo pacto & equitibus Polonis satisfiet, & tua Authoritas Pontificia in Polonia integra manebit.

Huic ergo sive decreto, sive pacto hominum ampliſſimorum ut satisfaciam supplex nunc precibus ac lachrymis prostratus ad pedes tuos a te peto, ut meas rationes diligenter cognoscas. Confiteor enim palam me continere non posse;

scor-

Pytam zatym, z ktorych ludzi zgromadzenia mnie z zonną wyrzuciſz? Czy z nierządnikow, i cudzołożcow? To ci wielkie mam dzięki, że niechciałeś, abym między bezwſtydnemi z wſtydliwą mieſzkał żoną. Zoſtaie więc, żebyś mnie z uczonych mężow ſpołeczeńſtwa wyrzucił. Ale oni powiedzą: iż godziſię dla uniknienia wſzeteczności i wydania potomka ſwiatu poiąć zonę: iż wrodzone to prawo wynalazkow ludzkim nſtępować niepowinno; nakoniec, iż to uſtanowienie ieſt Bozkie i ſwięte twierdzić będą. Tak oni mnie przy ſobie ſchronią, ani puſzczą, ale wſzelką ſiłą z żoną razem zatrzymaią. Oddaliwſzy tedy wyklęcie, pozoſtaie wygnanie. Lecz ani śie oto niepokuſiſz. Bo gdy wygnanie ma przywiązane de ſiebie nieſzczęście, a nie iaką winę, nic niemaſz, przecobym śię ſtrachał tego nieſzczęścia, od ktorego wſzelka daleka ieſt wina, Coż bowiem proſzę w tym za wina ieſt? Poiąć Zonę? taż, rozumiem, co i żyć. Do tego nie z Włochem Ci to ſprawa, ale z Ruſinem, nie z Papieſkim, ale z Krolewſkim poddanym, abyś go miał ſłać na wygnanie.

Seym u nas odprawuie śię, rady ta ieſt treść: Iż to ieſt żelżywa rzecz dla wſzyſtkich ſtanow, żeby dochodami Kroleſtwa tuczyły śię nierządności Rzymſkie.

Lecz daymy; uczyniſz mnie wygnańcem; ucieknę iako Lot z Sodomy, abym na grzeſzące Miaſto nie patrzył. Wolę i za Sarmaty, i za morzem lodowatym mieſzkać w całości ożenio-

scortatorem etiam ac adulterum me ad hunc diem fuisse; ut merito uxorem a te poscam, non quam ducam sed quam retineam. Ad quam sane retinendam, nulla religio, nullumque votum obstat mihi; nullum enim vovi, & si voviſſem, in tanta tamen infirmitudine illud valere non debet contra meam salutem, quam summa fornicatione collapsam vides esse. Quare uxorem mihi permittas, quam ita obstinate a Te peto, ut si tu negaveris, ego tamen illam non sim dimissurus. Verendum, ne uxore mihi a te negata reliquum authoritatis, quod in Polonia tibi restat, amittas. Scito enim me, si negaveris, ad omnes Regni ordines de integro causam hanc delaturum esse, ut omnibus notum faciam me tibi supplicasse, sed tamen impetrare non potuisse. Peramque ab omnibus veniam, quo mihi liceat tuas excommunicatioes negligere propter causas, quas tibi scripsi, &, si Deus volet, in aliis libris scripturus sum, (c) ostendamque nos tibi obedientiam nullam prorsus debemus contra leges Naturæ viventis, contraque instituta Dei imperantis. Deinde negabo Te orbis pastorem esse, cujus oves si essemus, non tu utique ea negares nobis, quibus salus nostra sustentatur. Tum etiam illa proferemus in medium, quæ adhuc mysteria in silentio apud nos latent domi, quibus planum fiet omnibus, me magna ratione abs te discessisse, ac cæteros debere discedere.

Te

(c) Nihil tamen amplius hac in re scripsit, nam quod voluit consecutus est.

ny, niżeli choćby na łonie Jowiſza w nałożnictwie nieczyſtym ginąć.

Nigdy wierzay mi, niebędzie mi żalu takie wieść życie, ktoremu ma towarzyſzyć uczciwość. Wſpominać będą wieki, że raczey oyczyznę, niżeli wſtydliwe życie porzuciłem, i powiedzą, że toż padło na mnie, co niegdyś na Aryſtydeſa Ateńczyka, ktory przeto iedynie był z Oyczyzny wygnany, iż nadzwyczaynie był ſprawiedliwy.

Błądziſz i Boga nieznaſz Juliuſzu, ieśli mniemaſz, że lepiey Chryſtus z tobą, niżeli przez ſamychże ludzi mowić może, ktorych dziwną zgodę i właśnie umowę na obalenie twey potęgi gdy widziſz, nie inaczey tłumaczyć to powinieneś, tylko za znak przepowiadaiący zmnieyſzenie, albo pewnie odmianę powagi Twoiey.

Niemcy, żeby żądzom Rzymſkim poſzły w niewolę, Ceſarz nie wymoże, ktore niegdyś Panom ſwiata ſamymRzymianom ſłużyć niechciały.

Jan Dziaduſki Biſkup Przemyſki, żem poiął zonę, za niepoczciwego mnie rozſławił, dobra moie zkonfiſzkował, aby mnie wygnał z Polſki. Ale na Seymie Piotrkowſkim cała ſzlachta przeciwko niemu zamuą ſtanęła, i tak moiey ſprawy u Zygmunta Auguſta Krola popierała, iakoby na niey całość Kroleſtwa zalezała; i do tego na reſzcie przyſzło, że mnie Biſkup rozgrzeſzył; to na mnie włożywſzy przez znacznieyſzych Mężow ſeymuiących, abym cię pokornie o pozwolenie proſił; a tym ſpoſobem i Polſkiey ſzlachcie ſtanieśię zadoſyć, i twoia powaga Papieſka w Polſzcze ocaleie.

Ten

Te per sanguinem Jesu Christi, quo empti ac abluti sumus, obtestor, noli despicere preces meas; neque tecum ita cogita: quæ jactura autem in uno homine Rutheno eoque Barbaro fuerit? Veniat enim tibi in mentem pro me quoque illum Christum esse mortuum, qui nonaginta novem ovibus relictis, me, qui aberraveram, in hac solitudine requisivit, ac inventum humeris ad istud ovile retulit, cujus te Curatorem & villicum esse voluit. Provide, ne uxore mihi negata, multas mecum una oves amittas. Quid tu facilius facies, quanto intelliges magis, te præscripto Romanorum Canonum uxorem mihi posse concedere, qui sacerdotem maritatum, non matrimonio, sed ministerio privarunt. Ego autem omnibus sacerdotiis ultro abdicatis, non tam pro ministerio, quam pro matrimonio apud te laboro, quod mihi concedi a te supplici voce petenti æquum est. Quod si feceris, hanc Tibi habeto gratiam, ut neque fideliorem sedi vestræ hominem, neque obedientiorem tibi quemquam sis habiturus.

Hæc

Ten więc czyli wyrok, czyli układ ludzi przezacnych żebym wypełnił, z prozbą i z płaczem u Nog twych uſłany proſzę Cię pokornie, żebyś przyczyny moie pilnie rozważył. Wyznaię albowiem otwanie, że się powściągnąć nie mogę; żem nierządnikiem nawet i cudzołożcą był do tych czas; tak dalece, iż nie darmo proſzę o Zonę, nia ktorę bym poiął, a lezktorąbym mieſzkał. Przy ktorey zaiſte, abym się utrzymał, żaden ſkrupuł, żaden ślub niepryeſzkadza; ponieważ żadnegom ślubu nieuczynił, a choćbym był i uczynił, przecież ten przy takiey ſłabości ważyć niepowinien przeciwko zbawienia mego intereſowi, ktory tak nadwątlony być widziſz nierządnictwem. Dla czego Zony mi pozwol, o ktorę tak uporczywie domagam się, że aczbyś mi odmowił, iabym iey iednak nie opuścił, Obawiać się potrzeba, ażebyś, broniąc mi zony, reſztę powagi. ktorą maſz w Polſzcze, nie utracił. Wiedz bowiem, że ia, ieſli odmowiſz, przed wſzyſtkie Stany Kroleſtwa moią ſprawę na nowo wytoczę, aby wiedzieli wſzyscy, żem zanoſił do ćiebie prożbę, u nic uprośić niemogł. I wſzyſtkich potym o darowenie mi poproſzę, abym mogł niedbać na twe wyklęcia dla przyczyn, ktorem wypiſał, i ieſli da Bog w innych xiążkach wypiſzę (e) i pokażę. My Ci żadnego cale niewinniśmy poſłuſzeńſtwa przeciwko prawom zyiącego w nas przyrodzenia, i przeciw uſławom Boga roſkazuiącego. Potym, nie znam cię ſwiata Paſterzem, ktorego gdybyśmy byli owcami, pewnieby ś nam tego nieodmawiał, na czym zbawienie naſze ſtoi. Toż i one ieſzcze przywiedziemy rzeczy, ktore dotąd iako taiemnice w domach u nas kryią ſię, z ktorych poznaią wſzyscy, iż nie bez wielkiey przyczyny Ciebiem odſtąpił, podobnie iako i inni odſtępuią.

Przez krew Cię Jezuſa Chryſtuſa, ktorą okupieni i omici ieſteśmy nayuſilniey proſzę, niechciey memi

pro-

(e) Nic iuż atoli w tey mierze niepiſał. Bo czego chciał doſtąpił.

Hæc erat ratio ſupplicationis meæ, hic etiam illius fuit finis, quæ apud te locum habeant precamur obnixe.

Sanctitatis veſtræ

Filius obedientiſſimus

Stanislaus Orichovius Ruthenus.

Datt. Præmiſſiæ, Oppido Ruſſiæ,

Feria 2da ante Pentecoſten

Anno Domini 1551.

BIBLIOTHECA VNIV. IAGELL. CRACOVIENSIS

Ex Libris

J. Mastrowkiewicz

prozbami gardzić; ani tak sobie myśl: Co zo strataj w iednym Rusinie i tym prostaku ma być dla Kościoła? Pomniy albowiem na to, iż za mnie także on Chrystus umarł, ktory zostawiwszy dziewięćdziesiąt dziewięć owieczek, mnie, com się był zabłąkał, w tey szukał puszczy, i znalazłszy, na barkach zaniosł do owczarni, ktorey poztanowił cię Dozorcą i Gospodarzem. Zapobiegay temu, żebyś przez odmowienie mi zony, więcey wraz ze mną owiec niepostradał. Co uczynisz tym łatwiey, im poznaiesz lepiey, że wedle przepisu Rzymskich Kanonow, czyli praw Kościelnych zony mi pozwolić możesz, ktore ożenionego Xiędza nie od małżeństwa, ale od sprawowania urzędow Kościelnych odsądziły. Ja złożywszy Xięstwo z wszystkiemi dochodami iego i obowiązkami, nie o Kościelną służbę, lecz o małżeństwo u Ciebie domagam się, ktorego mi też, iako pokornie proszącemu, abyś pozwolił, rzecz słuszna iest. Co gdy uczynisz, tę ci będę miał wdzięczność, że ani wiernieyszego stolicy Waszey człowieka ani posłusznieyszego Tobie niebędziesz miał nikogo nademnie.

To była przyczyna moiey prozby pokorney, ten także oney był koniec, ktore aby u Ciebie znalazły mieysce proszem usilnie

Swiątobliwości waszey syn naypossłusznieyszy Stanisław Orzechowski Rusin.

Datt. w Przemyślu, Miasteczku Ruskim, w poniedziałek przed Swiątkami, Roku Pańskiego 1551.

BIBLIOTHECA VNIVERSITATIS CRACOVIENSIS

60 —

Biblioteka Jagiellońska
stdr0022776

824.